



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Eichenbrunnum, in d. Augustana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT LXXXIV.

Viennense Scotorum monasterium in Austria.

Benedictini monachi, cum Scotam monasterijs refarcissent nec Britannicæ insulæ angustijs diutius coërceri possent, in Germaniam latè redundarunt, & varijs in locis vt *Vienna* in Austria, *Herbipoli* in Franconia, *Colonia* in Vbijs, & alibi liberalitate principum suorum popularium seminaria excitarunt. *Henricus* certè Austriæ Dux anno Christi 1121. monasterium, censu lautissimo auctum, *Viennæ* in fauorem Scotorum excitauit, atque edicto cavit, nequis extra Scotos in illo monasterio vel Abbas crearetur, vel monachus, adscisceretur vt tradit *Ioannes Lesleus* Episcopus Rossensis lib. 6. de rebus Scotorum.

1121.

Eichenbrunnum, in d. Augustana.

Exstructum est hoc monasterium in honorem SS. Petri & Pauli à *Gumberto* domino de Fochberg, eiusque filio *Chrinone*, idque *Calixto II*, P. M. anno 1122. confirmante.

1122.

Mellicense monasterium in Austria.

Fundatum est hoc monasterium anno 1122. non procul à *Vienna* Austriæ atque à *Ca-*

1122.